a præſentibus benedicetur. a futuris. uel a præſenti curſu uitę uſq; in omnia tempora. A ſeculo præſenti. & uſq; in ſeculum .ſ. futurum.
Merito benedictus dominus in ſecula per quem facta ſunt ſecula. & non ſolum facta. ſed etiam & redempta. qui & nunc nos recreare
dignetur in ſalutari .i. in xp̄o ihū dn̄o nr̄o. Cum prędictos hymnos deuotius iudeorum populus canat. quid eſt iſte alius qui dicit
fiat fiat. nimirum ut mihi uidetur populus ille primitiuus eſt. qui eo tempore adhuc in fide non erat. quando pſalmus iſte ca
nebatur. Qui tamen prophetię uirtute futurus introductus eſt. ut amore uniuerſitatis diceret fiat fiat. Sic hodieq; in
eccleſiis orantibus ſacerdotibus reſpondetur amen. id eſt fiat. Sic iam illis temporibus. ipſi iudicabantur qui nunc idem faciunt.
Confitemini domino. Alloquitur propheta omnes gentes. & iudeos. & gentiles. Id eſt confitemini
ei peccata ueſtra. quia bonus eſt. & peccata dimittit. Si autem bonus non eſſet non uobis diceret confitemini. Quoniam in ſeculum miſericordia
eius. Quamdiu eſtis in ſeculo. confitemini domino. In ſeculum uero hic ſignificat in ęternum. quia nullum tempus eſt. quod ab eius miſericordia repe
riatur exceptum. Nam & hic conſueuit parcere. & ibi fidelibus dignabitur ęterna pręmia condonare. Ita fit ut ſemper bonus
ſupplicibus ſuis. ſemper miſericors approbetur. Nam & cum iudicat bonus eſt. quia iuſticia bona eſt. Dicant. ſ. alleluia. hoc eſt lau
dent dominum. confitentes illi. quod titulus huius pſalmi ait. & ſe iocundis exultationibus conſolentur. qui ad domini gratiam uenire
meruerant. Omnes ex iudeis & gentibus de poteſtate diaboli liberati ſanguine xp̄i. dicant alleluia. Quos redemit.
Significat autem populos gentium. qui domini ſanguine redempti. & de poteſtate diaboli. ipſius miſeratione ſublati ſunt.
Quare autem dedit pretium. ut redimeret nos de manu inimici. Captiui enim tenebamur in manu diaboli. Propterea
autem ille uenit. ut redimeret nos & liberaret de diaboli manu. id eſt poteſtate. De manu inimici. Inimicus eſt ipſe
poſſeſſor. Propterea manu ſua nos tenet. non quia diligit. ſed quia odit. De regionibus congregauit eos. ſ. in unitate eccleſię.
In toto orbe maris diaboli poſſidebat nos. A ſolis ortu & occaſu ab aquilone & mari. ſ. congregauit eos. Ex multis gen
tibus congregati ſunt fideles. ſcilicet a quatuor partibus mundi. Per mare intellegitur hic plaga meridiana. Occaſus enim
dicitur quaſi boriarum caſus. Errauerunt. ſ. idola uenerando in ſolitudine. i. in mundo quod non fuerat excultum doctrina
prophetica. & ideo arebant aqua ſpiritus ſancti. In inaquoſo. i. in ſiccitate. Uiam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Sequen
do errores. habitacula celeſtis ieruſalem inuenire non poterant. Eſurientes & ſitientes. Gentiles philoſophi eſurie
bant & ſitiebant cognitionem dei. Unde & plato patrem & uerbum eſſe confirmat. ſpiritum autem ſanctum eſſe penitus non nouit. & ideo H
anima. i. intellectus in ipſis defecit. In ipſis utiq; laboribus atq; ſtudiis eorum animoſitas laſſata ſuccubuit. quia ſic deum
deſiderabant quęrere. quem admodum non poterant inuenire. Et ut ſciamus quia proprie de uocatione gentium ſcribitur
& depulſione iudeorum. in ſequentibus ipſius pſalmi ſcriptum eſt. Poſuit flumina in deſertum. uidelicet iudeorum. Et clama
uerunt ad dominum cum tribularentur. id eſt affligerentur. Clamauerunt. ſignificat magno deſiderio quęſierunt. De
ſiderium eorum clamor dicitur. non enim clamauerunt uoce. ſed deſiderio. Et de neceſſitatibus eorum. id eſt de afflictionibus. &
de infidelitate errorum. per doctrinam apoſtolorum liberauit eos. Et deduxit eos in uiam rectam. i. in fidem rectam. i. ad xp̄m.
Uia deduxit eos in uiam. Ipſe dominus atq; ſaluator. fecit ut in ſe ambularent. ut per hanc uiam hoc eſt per dominum ſaluato
rem irent in ciuitatem habitationis. i. in eccleſiam eius. quę fundata fuerat ſuper firmam petram. ut in ciuitatem. i. ad
patriam celeſtem. Confiteantur domino miſericordię eius homines qui miſericordiam dei receperunt. Confiteantur deo. Siue iuxta caſſiodo Caſſ
rum. illi qui domini miſericordia liberati ſunt. gratias domino referant. Nam quod dicit pluraliter miſericordias. illud ſignificat quoniam multis
quidem ſed diuerſa largitur. ſicut dicit apoſtolus. ſed unuſquiſq; proprium donum habet a deo. Unus quidem ſic. alius autem ſic. Et mi Apts
rabilia. i. miracula quę fecit tempore incarnationis ſuę. per euangeliſtas. & apoſtolos poſteris dicit eſſe prędicanda.
ſicut conſtat effectum. Notandum autem quod hic uerſus per quatuor diuiſiones uſq; ad finem ſine aliqua permutatione
repetitur. Ut ſicut de quatuor mundi partibus dicit eccleſiam congregatam. ita de totidem cardinibus orbis. laudes miſericordię
ipſius deuotis mentibus offerantur. Quare. quia ſatiauit animam inanem. ſ. a gratia ſpirituali. i. hominem infidelem duxit ad fi
dem. Inanis eſt anima quando mundi peruerſitatibus occupata. ad creatorem ſuum redire nulla deuotione feſtinat.
Et animam eſurientem. i. deſiderantem pabulum uerbi dei ſatiauit bonis. i. doctrinis euangelicis. Animam uero eſurien
tem dicit. quando iam diuina gratia uiſitata. a domino deſiderat uenire medicinam. Sedentes in tenebris. ſ. ſa
tiauit. Sedentes in tenebris ignorantię. & in umbra mortis. i. in infidelitate perpetuę mortis ſatiauit lumi
ne ueritatis. oſtendendo illis lucem ſuę cognitionis. Uinctos ferro. i. duritia peccatorum aſtrictos in mendicitate [illegible]

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 312, p. 221 – Remigius of Auxerre, Expositio in psalmos
(http://www.e-codices.ch/en/csg/0312/221)